176

restituti. Vale Illustrissima Domina, et quid hodie rerum agas, quem in orbem delata sis ab Æthiopiâ tuâ ubi te postremum reliqui, rogo ne graveris indicare. At neque fidem liberant, quâ de Polygraphiæ specimine scis quam arctè se mihi humanitas tua obstrinxerit. Hagæ Com: .. Id: Jun: CIƆIƆCLXVI.

Totus tuus.

Schurmannæ.

Illustrissimæ D:
Annæ Mariæ a Schurman
Constantinus Hugenius. (499).
S. P.

Tu quidem elabi tentas, Mea virgo, et quasi postico clientem fallere. At ego hirudo sum.

Non lictura cutem nisi docti plena cruoris.

cui præstando obligatam te teneo ijs vinculis, quibus ligari homines ajunt, ut funibus taurorum cornua. Itaque verè te scabrities membranæ, quam pretexis, ullo pacto liberabit. quin ego, si quod tale incommodum offendisti, eo attentius videre sueo, ut materiam superavit opus, et si quâ natura vitium fecit quam id arte tectum sit aut correctum. Proinde cum, ut vides, ipse profitear abundè satisfieri mihi posse, eâ qualicumque Tabellâ cujus exarandæ molestiam semel subiisti meâ causâ, nihil est relictum, quo te subduces. ne illud quidem Elichmanni Tetrastichon, lepidum licet et ingeniosum; sed quod pluris apud me est, ut à Schurmannæ manu profectum, quam vel ab industriâ vel eruditione autoris. Vale, stupenda, et fidem solve. Hagæ Com: ipsis kalendis Sept: CIƆIƆCLXVI. quibus te ab itinere reducem hasce inventuras spero.

Schurmannæ.

Nobilissimæ Virgini
D: Annæ Mariæ a Schurman.
Constantinus Hugenius.
S. P. D. (500).

Ecce me Bredâ reducem, Virgo illustrissima, ad quod iter cum procinctus starem, allata fuit mirabilis operæ Tabella quam tu delendo scilicet antiquo nomini, meam esse voluisti. Illam in sententiam currente rate rotâque ut meus est mos, sic ludebam

Quam precibus lassata meis, Schurmanna, dedisti
Ultima posteritas admiratura Tabella est.
Hoc delere vocas, frustra es, mea virgo; tuumque
Tam bene delendo facis indelebile nomen.

At simul scias bene te de me, et quam amplissimè de teipsâ

te ipsâ meritam esse. Gratulor proinde utrique nostrûm
et, quod ad te solum spectat, gratias pro eleganti, mi
nusculo ago, quas referre malim maximas. Conabor
autem vel invenire occasionem, vel nasci facere, quâ
hoc officio cominus defungi possim, atque imprimis
te precari, ne memor ultra sis molestiæ, quâ te
venatum ivi impudens exactor et præter morem
modumque importunus. Vale virgo Nobilissima
et me tui gregis, perge scribere, quamdiu hâc aurâ
vescimur. Hagæ Com: prid: Cal: dec: CIƆIƆCLXVI.

(501).

Leonæ meo. Siquid minus hic apposite, et quod interesse meâ credas
Regi optimo, maximoque non exhiberi, tui arbitrii
facio, ut quod dictum est, sit non dictum; si toleranda
protuli, patior equidem et cupio hoc epistolio sic
utaris, ut meis tam innumeris ineptiis uti soles,
quoties me meæ mentis interpretem potius, quam
te ipsum adhibere voluisti pro tuâ sapientiâ.
Quod hic verò te partes meas agere obtestor apud Prin
cipem, cui dignas ego gratias referre non magis vale
quam stipes, quam id seriò à te petam vel hinc vi
quod ne quidem, Optime amicorum, meis verbis
testari aggrediar, quantum humanitati tuæ me deb
intelligam. quæro Rhetorem, cui satis suppetat, et
audaciæ et facundiæ, ut hoc me officio sublevet, no
nunc demum, sed hoc ~~officio~~ beneficio nunc tamen
quam arctissimè suavissimo Leonæ meo, et nodo non
solubili obstrictum. Quanti verò non illud est, quo
ex animo te gaudere testaris ob eventum rei, non
alio nomine ad te spectantis, quam quod mihi grat
et acceptam censes! et si ad Cantiunculam redire
liceat, quod utrimque tacti sumus, Vous de plaisir
et moy d'aise! Explicabit ista Rhetor meus, με
πολλῆς φαντασίας, siquidem fieri potest, ut quis
tanto muneri par et idoneus reperiatur, quando
hic Tulliorum dura annona est. Vale meum
decus, et molestiam, quâ te obruo, boni consule
6. Jan. 1667.

G. Brandt: Vir Amplissime. (502).

Variis compluribusque hac æstate excursiunculis
distractus, parum officiosè me gessi erga amicos,
quorum